102. si V: sic ed / periciam V: peritieuque ed / medicorum V: medicinarum ed || 103. fuerit V: sit ed / que V: quod ed || 104. ponenda om. V / est V: sunt ed / et om. V || 105. et om. V / parum morandum V: permorandum ed || 106. et transp. V post simplex / caliditatis ed: taliter V / nec V: nunc ed / post nec add. V ut ibi || 107. ut postea in V: ut ed / expediet V: expedit ed || 108. somno tamen ed: sumpto V / interpolato V: interposito ed || 110. est om. V / preterea om. ed || 111. scilicet om. V / post mane add. V si / permissiuo V: paruissimo ed || 112. post et² add. V cum / in ed: et V || 113. panis om. ed || 117. explicacio ed: applicacio V / efficiencium ed: faciencium V || 118. iste V: illis ed / quoniam om. V / habet V: habent ed / eandem om. ed || 119. et om. V / obtemperare V: contemperare ed || 120. ex calore adurente relictum V: adurentis electuarium ed || 121. impressam transp. ed post membris / mundificare V: mundare ed || 123. solutium digestium V: operationi solutiui digestiui ed / operacionibus ed: operibus V || 127. electuarii transp. ed post operaciones / post sunt add. V nam / cor om. V || 128. uirtutes V: uirtutem ed / post corroborat add. ed et || 129. spiritus V: spiritum ed || 130. impugnando V: amputando ed

Effectus emplastris sunt isti: appetitum excitat et acuit, digestionem stomachi emendat, naturam stomachi fortificat ut resistat materie morbi que fluit ad ipsum et eam impellat ut minus de ea recipiatur in ipso et tandem imponamus nichilominus ipsam particulam pacientem cum capite quam
135 auctores mineram putredinis uocant.

(VI)

Et quia duo sunt opera sapientis — unum est non mentiri de quibus nouit et aliud est menciendam posse manifestare —, ideo aliquos errores quartanariis incidentes excludere in sequentibus ordinamus desiderio perficiendi
140 dominium et non moriendi et lesionem uitandi. Non ergo perturbari se permittat, pater, uestra presens constancia rationem et iudicium rationis deuiando a predicto regimine fantasia dicendum quod quartana est permittenda currere cursu suo, ita quod non est aliquae artis regimine regulanda. Huiusmodi enim sane ignorantiae falsitas non debet sumi in
145 mente ueri intelligentis. Nam constat quod id quod potest fieri sic et aliter, puta sine ratione et cum ratione, indiget principio regulante ut fiat ratione et non aliter.

Manifestum est autem quod quartana et determinata omnis dispositio corporis naturalis uel contra naturam potest reduci regimine recto et non
150 recto, conuenienti scilicet et contrario. Planum est ergo quod indiget determinata regula regiminis uti, scilicet regatur secundum utilitatem et conuenientiam contrarium uitando. Constat autem quod hec regula non est casus nec fortuna nec sensualitatis aliquis motus. Est ergo habitus intellectiuus qui ars medicinalis uocatur qui determinate dispositioni
155 corporis et speciali dat determinatum et speciale regimen.

Preterea certum est, licet omnes res naturales moueantur suis propriis motibus procedendo uersus suos proprios terminos naturales, qui quidem processus cursus rerum uocatur, patet consequenter quod iste motus in membris rebus naturalibus potest abbreviari et prolongari et fortificari et

131. digestionem V: digestiuam ed || 133. impellat V: impellit ed / post minus add. ed inde || 134. post nichilominus add. ed enim || 135. auctores ed: actores V / uocant ed: uocat post actores transp. V || 137. sapientis om. V / mentiri ed: minui V || 138. menciendam emendauit: mensientem V mentientium ed / quartanariis V: circa regimen quartanarii ed || 139. incidentes V: incidenter ed / in sequentibus transp. ed ante excludere || 140. dominium ed: domino V / et non moriendi om. ed || 141. permittat V: permittatur ed / pater V: paternitas ed / presens ed: prudens V / et suppleui || 142. deuiando V: domando ed || 143-4. aliquae artis regimine regulanda V: alio regimine artis regenda ed || 144. huiusmodi ed: huius V / sane V: sene ed / sumi V: suscipi ed || 145. ueri intelligentis ed: uiri intelligentibus V / nam ed: uero V / id V: illud ed || 146. sine suppleui / ratione¹ V: ratio ed / indiget V: indigestum ed / principio V: primo ed / ratione V: recte ed || 148. determinata ed: manifesta V || 149. uel contra ed: in qua V / reduci ed: deduci V || 151. uti V: ut ed || 152. hec om. ed || 153. nec¹ V: neque ed / sensualitatis ed: sensualiter V / ergo V: igitur ed || 154. intellectiuus V: intellectus ed / medicinalis V: medicabilis ed || 155. speciali dat V: specialiter ed || 156. propriis om. ed || 158. iste V: ille ed || 159-60. et fortificari et debilitari om. ed

160 debilitari, ut patet in motu ignis et aque et in multis aliis corporibus
 naturalibus. Et hoc quidem ex tribus causis contingit uel quia uirtus
 debilitatur maiorum uel quia quantitas minoratur uel superflue augetur ultra
 terminos naturales uel quia extra locum naturalem deducitur. Secundo
 quidem ex parte mobilis diuersitatem recipit cursus iste uel quia mobilis
 165 mutatur quantitas, ut dictum est de mocione, uel quia eius diuersificatur
 figura que disponit ad motum uel quia mutatur asperitate et lenitate et
 ceteris que recitare esset prolixum.

Cum igitur in quartana sit quicumque sit iste motor et mobilis, hoc est
 humor melancolicus naturalis uel accidentalis qui ex humore alio per
 170 adustionem generatur, certum est quod durabilitas, que uulgariter cursus
 eius dicitur uel uocatur, potest intendi uel remitti, abbreviari et prolongari
 secundum diuersorum corporum applicationem ad ipsum. Planum est enim
 quod, si eius quantitas augeatur per maliciam regiminis, erit durabilior
 motus successionis parcium faciencium paroxismos et, quanto qualitates
 175 eius sunt forciores, et efficaciores efficiuntur motus. Racione uidetis
 sensibilter quod quantocumque quantitas aque maior est in fonte
 frequencius et plus currere potest et plures concas et plura loca concaua
 implere. Quanto autem plus diminuitur eius quantitas tardius et minus potest
 predicta facere. Sic racione iudicandum est de humore qui facit paroxismos
 180 quartanarios fluendo a fontibus uenarum et aggregando in determinato loco
 ubi putrefit et generat paroxismum. Quanto ergo magis minorabitur per
 bonum regimen humorum quantitas in uenis et qualitatis malicia,
 debilitabitur et minorabitur eius motus. Et cum tandem adnichilabitur eius
 quantitas necessario cessabunt eius motus paroxismales. Cessante enim
 185 mobili cessat motus et hoc modo curabitur domino concedente.

Nec seducatur uestra pericia, clemens pater, dolosis permissionibus et
 fraudulentis operibus quorumdam sermonem usurpantium medicorum qui
 permittunt et interdum uidentur facere cessationem febris, et sic cum
 materia humoralis non euacuata a corpore uel semiplene euacuata. Hec
 190 quidem faciunt cum medicinis narcoticis frigidis mortificantes et stipticis

161. contingit V : conuenit ed / quia ed : quod V || 162. post augetur add. ed et || 163-4. secundo quidem V : sed quod ed || 164. quia om. ed || 165. mutatur V : diuersificatur in ed || 166. lenitate ed : leuitate V || 167. ceteris V : sic de multis aliis ed || 168. mobilis V : mobile ed / hoc ed : hic V || 169. alio V : aliquo ed || 170. uulgariter transp. ed post eius || 171. uel² V : et ed / post remitti add. ed et / prolongari V : perlongari ed || 176. sensibilter om. ed / maior transp. ed post quantocumque / est om. ed || 177. currere V : fluere ed / plura om. V || 178. implere transp. ed post concas / quanto V : quantum ed / eius ed : eorum V || 179. iudicandum V : uidendum ed || 180. quartanarios V : quartane ed / in determinato loco ed : terminato V || 181. post generat add. ed ibi || 181. quanto V : quantum ed || 182. quantitas ed : quantitatis V || 183. debilitabitur et minorabitur V : minoratur et debilitatur ed || 183. adnichilabitur V : annihilatur ed || 184. post motus add. V pro / cessante V : cessate ed / post enim add. V motu || 185. modo ed : michi V || 186. pericia ed : periciam V / pater ed : potest V / dolosis ed : dolorosis V || 187. sermonem V : sermonum ed || 188. post cessationem add. V et || 189. hec V : hoc ed || 190. medicinis ed : modicis V / frigidis ed : frigiditate V / mortificantes V : mortificando ed / stipticis ed : stipticite V

ad ultimum constringentes meatus et ingrossantes humorem. Et sic humor immobilis redditur, in determinato loco inclusus et obsessus quiescens. Quod faciunt experimentatores non periti inuitentes, quorum quedam curacio morbi nullo modo potest esse. Nam cum morbus curetur per
 195 abscisionem sue cause, sicut et omnis effectus cessat sua causa cessante, manifestum est quod remanente causa febris non curabitur febris, licet motus humoris aliquo modo retardetur.

Non solum autem fallunt hoc modo sed uiam maioris periculi aperiunt. Nam cum post tempus determinatum cesset uirtus predictarum medicinarum
 200 fraudulentarum, materia nondum euacuata, multiplicatur eius quantitas et augetur malicia qualitatum in illo tempore medio interuallo. Cum ergo necessario redit ad motum suum et cum mouetur ad locum uel particulam patientem ad quam mouebatur prius, redditur febris malignior quam fuerit. Cum multa materia per naturam mouetur ad cerebrum, causat mentis
 205 alienacionem maniacam uel melancolicam. Cum uero ad cor, generat cardiacam trementem et mortiferam. Si uero ad epar et ibi quiescat, causat ydropsim et plerumque ictericiam nigram ex effusione eius per totum corpus et interdum causatur particularis et uniuersalis. Ab incessoribus istis igitur periculosus cauendum est sicut ab inimico mortali ne paroxysmorum
 210 cessacio procuretur donec humor peccans qui est causa febris euacuatus fuerit per artem uel naturam uel utroque modo.

Iterum rectitudo uestri iudicii sollicitari non debet, si ignorancie filii predicto regimini se opponunt dicentes quod in quartana non expedit sanguinem minui sed pocius augeri, sed frigidorum administracio sicut
 215 lactucarum et malorum granatorum acetosorum et similium. Execat enim sunt ignorancia, que impedit in eis rationis lumen. Iudicant enim de omni quartana uno iudicio ac si omnes essent speciei eiusdem, que cum sint quatuor specierum. Patet quod diuerso sunt iudicio iudicande et diuerso regimine regulande. Illi enim curant omnes morbos oculorum uno collirio
 220 contra uiam artis et rationis agentes. Huiusmodi enim species quartane nostri propositi, cum sit de sanguine et colera per adustionem quam receperunt in uenis, ut clarum est quod est de materia calida naturaliter et

191. ad ultimum *om. V* / constringentes *V* : constringentibus *ed* / ingrossantes *V* : ingrossantibus *ed* || 192. *post* redditur *add. ed* et || 193. experimentatores *ed* : experimentaciones *V* / non periti *ed* : imperiti *V* / inuitentes *V* : emittentes *ed* / quedam *ed* : quidam *V* || 194. nullo modo *transp. ed post* quedam || 195. sue *om. V* || 199. *post* determinatum *add. ed* et || 202. cum *ed* : tamen *V* || 203. prius *transp. ed post* quam / redditur *ed* : redit *V* || 204. multa *om. ed* / *post* multa *add. V* sine / per naturam *om. ed* || 205. maniacam *ed* : inanimatam *V* / melancolicam *V* : melancoliam *ed* || 206. mortiferam *ed* : pestiferam *V* || 207. totum *om. V* || 208-9. ab incessoribus istis igitur *ed* : ut ergo isti periculosus incensioris *V* || 212. iterum *V* : item *ed* / uestri *ed* : nostri *V* / non debet *transp. ed post* iudicii || 213. opponunt *V* : apponunt *ed* || 215. et *om. ed* / granatorum *om. V* / similium *ed* : similia *V* || 217. speciei eiusdem *ed* : illius speciei *V* || 218. specierum *V* : species *ed* || quod *ed* : quia *V* / sunt *transp. ed post* iudicio || 219. *post* regimine *add. ed* sunt || 220. agentes *V* : agentis *ed* / huiusmodi *ed* : huius *V* / species *transp. ed post* quartane || 221. quam *om. ed* || 222. de *om. ed*

per adustionem accidentaliter calefacta et desiccante, propterea in parte
 225 frigidis et humidis indiget ad curam. Illi autem qui dicunt quod solis
 calidis est utendum manifestum falsum supponunt credentes quod omnis
 quartana ex melancholia naturali causetur, qui est humor frigidus per
 naturam. Propterea in illo uenit iudicium, quando febrilis discrasia, que est
 morbus calidus et siccus, non indigeat aliquibus frigidis et humidis
 230 corrigentibus eum: aliter cura non fieret applicacione contrariarum
 causarum, nisi illud esset uerum.

Ad illud uero de minucione sanguinis est responsum superius circa
 principium. Nunc excitari debet in nobis paciencia nec desperacio breuis
 cure, licet uideantur accessiones fortificari et eius accidencia acui et tempus
 duracionis prolongari. Certum enim est et demonstratum in arte quod hec
 235 omnia significant propinquitatem et crisis laudabilis uicinitatem et
 consequenter egritudinis uincibilitatem. Scribit enim Ypocras quod circa
 principia et fines morborum omnia accidencia sunt imbecilliora, circa uero
 statum forciora. Et hoc quidem est quia, quanto natura perfectius digerit
 materiam morbi et dominatur ei, mouet eam forcioribus motibus. Hec autem
 240 fortitudo motus non cessat, nisi totaliter uincat eam expellendo uel
 consumendo. Quod uidetur multotiens exemplo sensibili luctancium: quod
 in principio lucte experimentando uires ad se inuicem debiliter se mouent,
 aproperante uero uictoria mouent se uelocibus et efficacibus motibus
 desiderio uelociter pertingendi uictorie terminum. Sic recte iudicandum est
 245 in febris, in quibus est lucta nature cum morbo. Non uacillet ergo uestra
 spes curacionis, sed confidencia potius inualescat.

(VII)

Continuandus est usus panis consueti; si tamen uenter multum
 constipatus fuerit, pane furfureo utendum erit. Vinum continuetur antiquum
 250 quamdiu laudabile et electum inuenietur, postmodum eligitur rubeum in
 colore, in substancia mediocre, sufficienter tamen clarum et quietatum, cui

223. calefacta *emendauit* : calefacte *V* de caliditate *ed* / desiccante *V* : de siccitate *ed* || 224. solis *V* : solum *ed* || 225. credentes *V* : et credunt *ed* || 227. propterea *V* : preterea *ed* / in illo *V* : nullum *ed* / febrilis *V* : fecit *ed* || 228. aliquibus *om. ed* || 229-30. contrariarum causarum *inu. ed* || 231. superius *V* : supra *ed* || 232. in nobis *om. ed* || 236. uincibilitatem *V* : breuitatem *ed* || 237. principia et fines *V* : fines et principia *ed* || 238. perfectius *V* : fortius *ed* || 239. eam *ed* : omni *V* / forcioribus *ed* : fortibus *V* || 240. *post nisi add. V* donec || 241. sensibili *V* : simili *ed* || 242. experimentando *V* : experiendo *ed* / se mouent *V* : mouentur *ed* || 243. aproperante *V* : appropinquanti *ed* / motibus *transp. ed post* uelocibus || 244. uelociter pertingendi *inu. ed* / terminum *V* : criminum *ed* / sic *V* : si *ed* || 245. ergo *transp. ed post* non || 246. spes curacionis *V* : species sanationis *ed* / potius *transp. ed post* sed || 249. utendum erit *V* : est utendum *ed* || 250. inuenietur *V* : inuenitur *ed* || 251. sufficienter *V* : sufficit *ed*

236-239. HIPPOCRATIS *Aphorismi*, II, 30, *Articella*, Venetiis 1483, f. 18rb: «Circa principia et fines omnia imbecilliora, circa status omnia fortiora».

admiscenda erit medietas aque. Plus tamen considerata potencia eius uirtutis quam diuersificata, diuersificanda erit mixtio; plus tamen in die paroxismi quam in aliis misceatur.

- 255 Carnes sunt eligende ex uolatilibus pulline utriusque sexus gallinarum, perdicum et caponum, auicularum nemoralium, fasianorum, edorum et uitulorum lactancium propinquorum nutrimenti. Nulla autem ex aliis carnibus quadrupedalium exhibenda est nec expediens, sed necessitate, que legem non habet, alique permittuntur in magna debilitate appetitus, ut
- 260 extremitates porcorum iuuenum et caro annualis agni et maxime parcium propinquarum cordi. Et sumi possunt meliores elixe. Assate autem permittuntur et in pastillis repositae gracia appetitus, in pastillis uero faciendo respiracula in crusta superius circa finem decoccionis eius cum infusione agreste cum salsa specierum que inferius describetur, cum qua conficiuntur
- 265 omnia condimenta.

- Ex piscibus pauci uel nulli conferunt donec stomachus sit melius mundatus. Tollerabiliores et minus mali tamen sunt scamosi aquarum dulcium currencium, ut turtures et sophie, et marini parui corporis sicut trilie (rogeti), aurate et rubeae camarote et ranelli. Vitella ouorum tremela in
- 270 agresta et in sellata sunt laudabilia. Ex herbis super omnes expediunt borrago cum spinargiis et paucis foliis lactuce, ramis feniculi, uentre constipato cum aliquibus foliis cicule. Ex leguminibus expediunt aque decoccionis eorum et maxime cicerum rubeorum et nigrorum; corpora omnium leguminum uitanda sunt tanquam multum nociua.

- 275 Exercitium temperatum expedit ante cibum excepta die paroxismi, in qua non est exercitandum. Somnus est ex maxime conferentibus et maxime nocturnus et matutinus, et usque ad finem octobris diurnus post cibum per interuallum sufficiens non est omittendus. Mundificandus est uenter a superfluitatibus omni die ante receptionem prandii. Gaudium, leticia,
- 280 iocunditas, et maxime musicalis melodie et narrationum letificancium et aspectus corporum celestium et rerum dilectarum et conuentus cum personis

252. *post aque add. ed uel / eius uirtutis inu. ed* || 253. *post erit add. ed plus* || 255. *pulline V : pullum ed* || 256. *post caponum add. V ionalium / post fasianorum add. ed pulli / et om. ed* || 257. *lactancium propinquorum V : lactentium propinquois ed / aliis V : animalibus ed* || 258. *quadrupedalium V : quadrupedum ed / exhibenda est inu. ed.* || 259. *alique V : aliqua ed* || 260. *annualis conieci ex ISAAC ISRAELI Liber febrium, 14, Lugduni 1515, f. 224vb, et RHAZAE De re medica, X, 8, Basileae 1544, f. 297 : animalis V ed* || 261. *cordi V : cordis ed / sumi possunt V : si sumi posset sunt ed* || 262. *in pastillis repositae V : pastillate ed / faciendo V : facienda sunt ed / post faciendo del. V resp* || 265. *condimenta V : condita ed* || 266. *pauci ed : parui V / nulli ed : nullis V* || 267. *scamosi V : squamosi ed* || 268. *trilie conieci ex ARNALDI DE VILLANOVA Regimen podagre, MS Leipzig, Universitätsbibliothek 1183, f. 66ra : trollie V trelle ed* || 269. *aurate V : amati ed / rubeae camarote inu. ed / ranelli ed : renelli V* || 270. *laudabilia V : laudabiliora ed* || 271. *cum — feniculi om. V* || 271-2. *uentre constipato V : si est uenter constipatus ed* || 274. *multum ed : melancolicis V* || 275. *excepta V : excepto ed* || 276. *maxime V : summe ed* || 278. *sufficiens ed : sufficienter V / omittendus corrigi : obmittendum ed admittendus V* || 279. *receptionem prandii inu. ed* || 280. *musicalis V : musicales ed / narrationum V : narratione ed* || 281. *personis om. V*

dilectis, sunt de rebus multum conferentibus isti cure. Et per oppositum ira, tristitia et narracio mala et omnia contristancia summe ledunt. Et notandum quod dico de dieta: quod quanto erit facilior et subtilior, dum tamen ad
285 saluandum uirtutem sufficiat, tanto cura erit breuior.

Recepta salsamenti est ista: recipe cardamomi minoris uncias II; coriandri preparati secundum artem unciam semis; corticis interioris cinamomi, zinziberis albi electi, ana dracmam I; seminum melonum mundorum dracmas II; seminis acetose dracmam I; croci albi dracmas II;
290 fiat puluis salsamenti subtilis. Explicit.

282. conferentibus *ed* : conformibus *V* || 283. tristitia — ledunt *om. V* || 283-4. notandum quod *V* : nota dum *ed* || 284. quanto erit facilior et subtilior *V* : erit subtilis *ed* || 285. cura *transp. ed post* breuior || 286. est ista *V* : hec est *ed* || 288. dracmam *V* : unciam *ed* || 289. mundorum *V* : mundarum *ed* / acetose *V* : acedule *ed* / albi *om. V* / *post* albi *add. ed citri* || 290. *post* explicit *add. V* regimen Arnoldi de cura febris quartane *add. ed* regimen quartane

Apèndix: fitonímia del Regimen quartane

N. B.: La identificació dels noms llatins medievals amb les espècies establertes per la botànica moderna i la seva traducció al català és forçosament aproximada¹.

absinthium: *Artemisia absinthium* L. ‘donzell’
acedula: *Rumex acetosella* L. ‘agrelleta’
anthos: *Rosmarinus officinalis* L. ‘romani’
ascalonium: *Allium ascalonicum* L. ‘escalunya’
borago: *Borago officinalis* L. ‘borratja’
bruscus: *Ruscus aculeatus* L. ‘galzeran’, ‘brusc’
buglossa: *Ancusa sp. pl.* ‘buglossa’, ‘llengua de bou’
camomilla: *Chamomilla recutita* L. ‘camamilla’
capillus Veneris: *Adiantum capillus Veneris* L. ‘falzia’
cardamomum: fruit de l’*Elettaria cardamomum* White et Mason ‘cardamom’
cicer: *Cicer arietinum* L. ‘cigró’
cicla: *Beta vulgaris* L., *Beta cicla* L. ‘bleda’
cicorea: *Cichorium intybus* L. ‘xicoira’
cinamomum: *Cinnamomum zeylanicum* Blume ‘canyella’
citrus: *Citrus medica* L. ‘poncem’

1. Per a la identificació dels fitònims llatins amb els noms científics moderns: ANDRÉ, J. (1985), *Les noms de plantes dans la Rome antique*. París; FISCHER, H. (1929). *Mittelalterliche Pflanzenkunde*. Hildesheim, 1967; DAENS, W.F. (1993). *Nomina simplicium medicinarum ex synonymariis medi aevi collecta*. Leiden - Nova York - Colònia; CARRERA, A. (2001). «Glosario», dins NEBRJA, E.A. *Dictionarium medicum*. Salamanca, p. 153-357. Per a l’equivalència de la denominació científica moderna amb els noms catalans: MASCLANS, F. (1981). *Els noms de les plantes als Països Catalans*. Granollers - Barcelona; *Gran Enciclopèdia Catalana*, 15 vols. Barcelona, 1969-1980; i FONT QUER, P. (1962), *Plantas medicinales. El Dioscórides renovado*. [Barcelona], [1990¹²].

- coriandrum: *Coriandrum sativum* L. ‘coriandre’
 crocus: *Crocus sativus* L. ‘safrà’
 cuscuta: *Cuscuta sp. pl.* ‘cuscuta’
 endivia: *Cichorium endivia* L. ‘endívia’,
 epithimum: *Cuscuta epithimum* L. ‘epítim’
 feniculum: *Foeniculum vulgare* Miller ‘fonoll’
 fumusterre: *Fumaria officinalis* L. ‘fumdeterra’
 galanga: arrel de l’*Alpinia officinarum* Hance ‘galanga’
 iacintus: *Scilla hyacinthoides* L. ‘jacint’ (diferent del jacint actual, *Hyacinthus orientalis*)
 labdanum: *Cistus creticus* L. o *Cistus ladaniferus* L. ‘cist’
 lactuca: *Lactuca sativa* L. ‘enciam’, ‘lletuga’
 malum granatum: *Punica granatum* L. ‘magrana’
 melissa: *Melissa officinalis* L. ‘tarongina’, ‘melissa’
 melo: *Cucumis melo* L. ‘meló’
 menta: *Mentha sp.* ‘menta’
 mirabolanum: *Phyllatus emblica* ‘mirabolà’ (diferent del mirabolà actual, *Prunus domestica* var. *myrobolana*).
 mirabolanum citrinum: *Phyllatus emblica* o *Therminalia critrina* ‘mirabolà citrí’
 mirabolanum kebulum: *Phyllatus emblica* o *Therminalia chebula* ‘mirabolà quèbul’
 mirabolanum indum: *Phyllatus emblica* o *Therminalia chebula* ‘mirabolà indi’
 pentafilon: *Potentilla sp.* ‘potentil·la’
 polipodium: *Polypodium vulgare* L. ‘polipodi’
 pomum: *Pyrus malus* L. ‘poma’
 rosa: *Rosa sp.* ‘rosa’
 scariola: *Taraxacum officinale* ‘dent de lleó’, ‘lletsó’
 scolopendrium: *Phyllitis scolopendrium* L. ‘llengua de cérvol’
 sene: *Cassia lenitiva* Bischoff ‘senet’
 sparagus: *Asparagus officinalis* L. ‘espàrrec’
 spica nardi: *Nardostachys jatamansi* D. C. ‘espicanard’
 spinargia: *Spinacia oleracea* L. ‘espinacs’
 sticados arabicum: *Lavandula stoechas* L. ‘tomaní’
 uva: *Vitis vinifera* L. ‘raïm’
 viola: *Viola odorata* L. ‘viola’
 zinziber: *Zingiber officinale* Rosc. ‘gingebre’
 zuccarum: *Saccharum officinarum* L. ‘sucre’